

Sammelbd

Sohn

\* K

739

Q. D. B. V.

# QVASI DELICTA

indultu

JCtorum Lipsiensium

PRÆSIDE

JOHANNE HENRICO BERGERO,

J. U. D.

*Ad d. XXI. Mart. MDC LXXXIV.*

solenniter

Exhibet

GEORGIUS ERNESTUS Fischer/

Wiesenthalensis Misnicus

Autor.

---

Literis JOH. GEORGI.



Q. D. R. V.  
OVAST DELICTA

indian  
Georgius Lipsius

PRÆSIDI

JOHANNES HENRICO BERGRO

J. U. D.

ANNO MDCCLXXII

Georgius

Præsi

GEORGII BRUNSTII

Wissenschaftlichen

Aug.

Leis Joh. Geor.



AD  
LECTOREM  
AUTOR-RESPONDENS.

**E**X quo Academiam hanc, in qua per triennium mihi morari contigit, auspiciis eorum, quibus res meae curae cordique, vertere induxi, quid facerem potius, quam ut Cathedram, quae probandis discedentium profectibus vacat, serio ambirem. Hinc materiam, quam sisto, quaeque de *Quasi Delictis* habet, conquisivi, maxime, ne quid dissimulem, dexterrimi Praesidis *Commentationibus ad Instit. conscriptis* adjutus. Miraberis forte, argumento operam me dedisse, quod *t. t. Institutorum* effert, cum tamen materiae subinde emergant rariores, in quibus repetendis ingenii vires magis experiri deceat. At hic non deest, quod dicam. Atqui rem hanc Justinianus attigit magis quam tractavit; Neque Interpretes, quod ego sciam, *μεθόδως* satis proposuerunt, ut utique intersit, eam plenius aliquanto ac distinctius excuti. Sed & fortassis tantum hoc themate obtinuisse videbor, quantum illi solent, qui materias tritas titulis novis & minus interdum aptis involvunt, vel rarioribus quidem sed inanis sibi placent. Equidem id fateor ingenuè, me hic non ubique custodiisse partes solidi scriptoris. Et tamen si quid admiserim, & Aetatis ratio & studii cura, sed & varia ex transverso incurrentium difficultatum remora efficient, ut magis quasi quam verè deliquisse intelligar.

## AUTORI-RESPONDENTI

### f. PRÆSES.

**D**Um abitum hinc paras, id optimo discedentium exemplo agis, ut & studii hactenus acti rationem iis, quorum interest, reddas, & memoriam TUI Philurææ, cui per trienniū dexterè litâsti, commendes. Scilicet sistis solenniter materiam, quam licet titulus Elementorum Justinianeorum exhibeat, tamen vix est, ut vel ibi vel alibi eam satis, ut oportet, tractari quisquam putet. Enimverò non est, quòd existimes, eidem heïc satis TE fecisse & ea omnino, quæ deerant, explèsse. Adverto ipse, identidem incurrere, quæ vel demi vel addi præstabat. Sed nec est, quòd animum despondeas. Juvenis es, rerum hïc tuarum fat iis saltem videberis egisse, qui rem ex conatu quam tenore ipso metiri malunt. Sufficiet tentâsse TE, quod, ubi maturueris, Deo propitio perficere possis. Superest, ut viatico TE instruam. At quo tandem? Encomio, Voto. Quæis tamen exsolvendis pace TUA liceat mihi aliquanto esse breviori. Neque verò est, quòd à liberaliori facie aut morum venustate, quæ cuivis apparent, TE commendem. Ingenii vim sed & solertiam, quæ magis intus latent, quæque mihi ferè soli hïc probâsti, probo, laudo, tollo. Vade, age feliciter & ubi exacto studii cursu propiùs laboranti Reipublicæ accesseris, ad immarcesibile decus TE compone.

SECTIO

## SECTIO GENERALIS.

exhibens

### QVASI DELICTI

I. DEFINITIONEM. II. CAUSAS.

III. EFFECTUS.

#### THESIS I.

**Q**VASI DELICTUM ( $\alpha$ ) est ( $\beta$ ) Delictum ( $\gamma$ )  
quod Culpâ committitur.

( $\alpha$ ) Jcto *l. 5. §. 4. seqq. d. O. & A.* quasi Maleficium. Ita dictum exemplo quasi Contractus. Nam quod in contractibus accidit, ut incidere quædam species contractibus affines, quibus à Jctis nomen quasi Contractuum est datum, idem in Delictis evenit, scilicet, ut ejusmodi factis, quibus Delicti ratio non conveniebat propter defectum Doli, quæ tamen affinitatis habebant plus cum delictis, quam cum contractibus, ea quasi Delicta appellarentur. Paulò quidem circumductiùs loquitur hîc Imperator, ut non rotundè quasi Delictum, sed obligationem quasi ex Delicto nasci affirmet. Tamen nihil hærendû, quoniam docendi causâ quasi Delictorum nomê usurpetur, ut quasi Servianâ, quasi Castrense habemus, deniq; ut quasi Maritus dicitur *l. 33. §. pen. d. Don. int. V. & U.* Enimvero inter Contractum Verum & quasi, Delictum Verum & quasi prorsus eadem distingvendi ratio non deprehenditur; Quasi enim Contractus propter Conventionem præsumtam, quæ ei inest *pr. 7. d. Obl. quæ ex quasi Contr. l. 13. §. f. Commod.* sapit non nihil naturam Contractus veri, contra verò quasi Delictum ex sententiâ J. Civ. naturam ac rationem veri Delicti, quæ æstimanda ex Dolo, ob solius Culpæ, utpote quæ in delictorum materiâ Dolo contradistingvitur, respectum respuere magis, quam vel tacitè recipere videtur. Bachov. *ad pr. 7. b. n. 1.* Hinc facilè colligas Rationem denominationis, sc. particulam taxativam Quasi adjectam esse improprietas denotandæ gratiâ *a. l. 14. inf. d. usucap.* Jason *ad § 3. 7. d. Act. n. 26.* Ut non sine ratione Delictum Improprium Vultejo *Jurispr. Rom. 1. c. 51.* & dimidiatum facinus Philoni audiat apud H. Grot. 3, *d. I. B. & P. XI, § 4. n. 6.* Ex his se offert Ratio, cur secundum

dum Ang. Aret. *ad pr. f. b.* Statutum Pœnale vel Correctorium disponens de Delictis porrigi ad Quasi Delictum non oporteat, ideo nimirum, quod Statuta, istiusmodi præsertim generis, strictè ac magis propriè accipi debeant. *a. l. 99. d. V. O. Conf. Gail. 2. O. 33. n. 4.*

(β) Novissimè Hubero definitur *ad pr. f. b. n. 1.* factum delicto *af- sine, unde Lex sine dolo Rei actionem producit.* Quæ tamen definitio utut prolixior sit, an mex præstet, dubitem, præsertim cum Genus contineat cum Definito convertibile & Differentiam habeat partim desumptam ab iis, (1. Causâ efficiente: *Lege 2. Effectu: Actione*) quæ Delicto in genere, imò & Contractui conveniunt, partim rat. nimirum formæ (*sine dolo*) negativam & ambiguam. (cum & sine dolo fiat, quod fit casu) Sed & Rachelii. 3. *Inst. Jurispr. 4. aph. 7.* Definitio: *Est factum culpabile delicti speciem præ se ferens, habet, quod culpes.*

(γ) Quod sicuti generis loco constituo cum Vultejo *Jurispr. Rom. 1. c. 51. & C. J. A. lib. 47. tit. 1. th. 4. circ. fin.* ita hîc in genere accipio, prouti Modum dicit obligandi citra Conventionis considerationem (Hanc enim nec in Vero Delicto agnosco fontem obligationis *a. pr. f. d. obl. ex Del. l. 52. pr. § 8. d. O. & A.* Licet talem esse velit cum *Gl. ad l. 1. §. 6. d. Postul. Hilliger ad Don. XV. Comm. 23. b.* cui satisfacit Ludvvellus *Ex. 15. th. 1. b. & ad pr. J. d. obl. ex Del. n. 3.*) ex facto illicito. Quo sensu denominatio Delicti non quasi minus quàm Veris Delictis communis est, utut non eodem modo; Quandoquidem generis instar *æcis* in his magis *t. ff. d. priv. del.* illis minus propriè convenit. Hinc rectè Sutholtus eum, qui quasi delinquit, ait, *non committere, quod in speciem Veri Delicti cadat, facere tamen id, quod est Delicto proximum. Diss. 16. aph. 71. Conf. Vinn ad pr. J. b.*

## THESIS II.

CAUSA EFFICIENS Remota est LL. (a) Prohibitio *a. l. 41. de pœn.* Proxima Voluntas Delinquentis indirecta (β)

(a) Non



(*a*) Non, inquam, Civilis tantum, sed & Naturalis, quæ omnem injuriæ inferendæ modum, & Dolum & Culpam vetat. Imò si rem penitus tueamur, in foro *Conscientiæ* Verum Delictum videtur, quicquid vel Dolo vel culpâ fit, quicquid vel committitur, vel omittitur, quod non fieri aut fieri debebat. Et est ergò distinctio inter Delicta vera & quasi *Jurisprudentiæ Rom.* inventum, ad explicandas sc. rationes diversitatis, si quid Dolo vel Culpâ tantum aliquâ committatur. Magnif. Ziegl. *Dicast. Concl. 1. §. 7.* Ex quo asserere non verear, non ex quasi minus, quàm Veris Delictis obligationem oriri *Naturalem*. Ut incogitanter errent, qui Veris Delictis obligationem merè Civilem adscribunt v. Riem. XII. q. 1. Nisi tamen ratione pœnarum Civilium autoritate Magistratûs irrogandarum intelligi malint. Etsi & tum indirectè, vi præcepti generalis de obediendo Magistratui & faciendo Bono ac vitando Malo, Conscientiam obligari verius est. Hornej. IV. *Phil. Mor. 3. n. 43.* Cæterum Jus Civile hæc intelligo utrumquæ tum Civile (in specie) tum Prætorium v. *inf. th. 6. γ.*

(*β*) Indirectam voco, quòd quis spontè quidem *can. 10. caus. 15.* at non *ἐκ παρρησίας*, deliberatò (consultò, cogitatò) ac præeunte Consultatione quâdam animi, sed magis ex impetu, (perturbatione, repentino motu) quasi delinquat *l. 11. §. 2. d. pœn. eleg.* Aristoteles V. *Moral. 10. it.* Cic. *de offic. 1.* & factò in se licito obliquè saltem damnum det Franzk. *ad pr. f. b.*

### THESIS III.

SUBJECTUM. Quasi delinquent, qui verè ac perfectè delinquere possunt (*α*) Etiam fœminæ *a. l. 7. §. 1. d. Jurisd.* Filii familias (*β*) *§. 2. f. b. l. 5. §. 5. d. 0. & A. l. 1. §. 7. d. his qui effud.* Servi *l. 1. §. 8. d. t. l. 14. d. 0. & A.* Muti & Surdi *a. l. 3. §. 8. 10. d. Sci. Silan.* (*γ*) Prodigii (*δ*) *a. l. 1. d. Curat. fur.* Hinc à contrario eoquæ fortissimo sensu excluduntur, quæ destituuntur, vel Ratione, ut Bruta *l. 1. §. 3. Si quadrup.* vel Rationis usu, ut Infantes (*ε*) *a. §. 9. f. d. Inut. stip. l. 5. §. 2. ad L. A. l. 12. ad L. Corn. d. Sic. Furiosi.* (*ζ*)

(*α*) Ducto argumento à Capacitate Doli ad Capacitatem Culpæ; Quod quidem in sensu negante aliquantò fortius est.

(*β*) Ut

(β) Ut contra Patrem non detur actio d. §. 2. f. b. scilicet nec de Peculio nec Noxalis. d. l. 5. §. 5. inf. d. O. & A. Non hæc, cum non nisi ex delicto competat pr. f. d. nox. act. a. l. 42. pr. d. furt. v. Bachov. d. Act. D. IIX th. 18. (ubi dissentienti Egvinario Baroni satisfacit) & usu ad servos solos restricta sit §. f. f. d. nox. act. Sed nec illa, quod ex Contractu tantum detur §. 10. f. d. act. §. 4. f. quod cum eo. l. 27. §. f. d. pecul. Tametsi ubi filiusfamilias in pecuniam condemnatus solvendo non est, Pater de Peculio tenetur l. 35. d. Nox. act. neq; tamen ex delicto filii, sed ex causâ judicati, ceu quodam quasi Contractu. l. 3. §. 11. d. pecul. l. f. C. d. usur. Rei jud. Planè si desit peculium, pater ad dandam legitimam, quæ non nisi patre mortuo intelligitur l. 1. §. 21. d. Coll. bon. cogi nequit, neq; spontè, quod præsumitur, datam imputat. a. l. 17. C. d. Postlim. revers. Schneidevv. ad § 2. l. h. n. 2. & 3. Harppr. part. 2. Diss. 20. assert. 8. At quid est, quod scriptum l. 15. pr. d. Jud. Filius fam. judex, si litem suam faciat, in tantam quantitatem tenetur, quæ tunc in peculio fuit, cum sententiam dicebat. Veteres, quorum meminit Gothofredus ad d. l. 15. & Cujacius XIII. O. XII. pro filiusfamilias legunt filiifamilias. At renitente omnium exemplarium, quæ alteram lectionem constanter tuentur, fide. Accursius, quem cum Hortensio & Barone novissimè sequitur Huberus b. n. 5. accipiendum id esse existimat de actione rei judicatae, quæ filio condemnato in Patrem datur. Atqui non Pater sed filiusfamilias teneri dicitur. Accedit, quod in actione de peculio non spectetur quantitas peculii, quæ fuit sententiæ dictæ, sed quæ fuit rei judicatae tempore. l. 30. pr. d. pecul. Quid ergò dicemus? An cum Bachovio b. rem in dubio relinquemus? Fortè non abs re erit, dicere, non genus actionis ibi, sed quantitatem duntaxat, in quam fit condemnatio, significari. Quam explicationem dudum post Azonem Cujacio d. l. probari video, ut insubtiliter eam insubtilem putet Bachovius. Neq; enim, quod & Hubero videtur, relatio quantitatis ad peculium oppidò actionem de peculio ingerit, neq; quod d. l. 30. pr. d. pecul. de actione de peculio dicitur, in eâ quantitatem peculii, quæ rei judicatae fuit tempore, spectandam, commodè satis hîc urgetur, ubi non Pater sed filiusfamilias teneri & dicitur & explicatur.

(γ) Ubi dum dicitur, Mutum ac surdum tum demum veniam mereri,

veri, si auxilium voce imploranti non subvenerit, aut clamādo crimen non impedierit, à contrario sensu sequitur, eundem ex quasi delicto firmiter obligari. Quemadmodum verò hīc intelligitur etiam, qui naturā utroq; vitio laborat, ita sanæ mentis esse supponitur; Nam si perfectio intellectu destituatur, nec verè nec quasi delinquere dicendus est. Carpz. *Pr. Crim. part. 3. q. 147. n. 17. seqq.*

(P) Quòd enim hi Furiosis æquiparantur *l. 12. §. f. d. Tut. & Cur. dat. qvoad contractus tantum ac bonorum alienationes intelligendum. d. l. 12. §. f. Carpz. Pr. Crim. part. 3. q. 118. n. 27. seqq.*

(e) Neq; hi tantum sed & infantia proximi *a. l. 111. d. R. 7. jun. §. 9. J. d. inut. stip.* quos iudex æstimat. At quid de pubertati proximis & puberibus? Hos verò quasi delinquere dixerim arg. *eorum, qvæ tradit Carpzovius Pr. Crim. part. 3. q. 143. n. 31. seqq. & n. 64. seqq.* Salvâ tamen quandoq; Restitutione *l. 2. C. si adv. delict. l. 9. §. 5. d. min. l. 1. C. inq. vib. caus. in integr. restit. necess. Schüz. Comp. Jur. de min. p. 65.*

(S) Quia tales. Ante enim furorem, tempore item intermissionis quasi delinquunt. An verò tum ex quasi Delicto in furore civiliter conveniri poterunt? R. ipsos quidem non posse *l. 4. pr. d. in jus voc. l. 2. §. 5. si quis caut.* quemadmodum nec ex veriori sententiâ in causâ Veri Delicti criminaliter possunt. Carpz. *3. q. 145. n. 22.* nil verò obesse, quo minus cum *curatore* agatur *a. l. 1. §. 2. d. adm. tut.* Quod verò de Furiosis dictum, ad Phreneticos ac mente captos extendunt *Dd.* limitante tamen Carpzoviò *3. q. 145. n. 4. seqq.* At quid de Dormientibus? quid de Ebriis? 1. *Dormientes*, si noceant, cujusmodi exempla ex Bartolo & Laurentio refert Damhouderus *Pr. Crim. c. 84. n. 12.* regulariter nec quasi delinquunt. Regulariter, inquam, sc. si obstructionem Lunæ ipsis eventuram non præsciant, *a. c. 3. X. d. Baptism. Clem. 1. in fin. d. summ. Trinit. Clem. un. d. Homicid. can. 8. caus. 15. q. 1.* Cæteroquin si non ignorant, se solere in somniis aliis exitio esse, culpæ rei quasi delinquunt, dum non, ut debuerunt, curarunt, ut soli in cubiculo fortiter obferato dormirent. Bart. *in l. 9. d. L. Pomp. d. Parricid. Clar. Pr. Crim. q. 60. n. 12.* 2. *Ebrii*; si præter intentionem aut dolo alterius inebriati committant, itidem nec quasi delinquunt; Sin proprio affectuum motu ebrietatem (quam probabit pro se allegans, quomodo? Vid. Carpz. *3. q. 146. n. 61. seqq.*) sibi attrahant, tum verò

B

qua-

quasi delinqvere dicendi sunt, cum culpâ non careant, dum rei illicitæ operam dant, non vitando, ut oportuit, nimiam potationem. *can. 7. 9. caus. 15. q. 1. Carpz. 3. q. 146. n. 36. seqq.* Dummodo 1. enormiter inebriati sint, 2. ignorent, pruritus mentis potatione stimulari, 3. serîo eos damni dati pœniteat, cum alioquin verè delinqvant & ordinariam pœnam incurrant, ut fusè Carpzovius *d. q. 146. n. 46. seqq.*

#### THES. IV.

OBJECTUM. Quasi delinqvitur in Personas quasvis & Res omnes (a) conf. Tabor. *Racemat. 1. th. 22.*

(a) Neq; enim objectum quasi Delicti ad certas res coarctari oportet, cum æq; latè pateat ac objectum Veri. Et est inter Verum ac quasi fere potissima ratione formæ differentia, uberiùs *th. seq.*

#### THES. V.

FORMA. Consistit in Culpâ (a) *i. t. J. d. obl. quæ q. ex del. l. 5. §. 4. seqq. d. O. & A. propriâ (b.)*

(a) Culpa latè significat factum hominis injuriâ damnum produ-cens & ideo præstandum; Dividitur in Culpam Malitiæ, quæ nihil aliud quàm Dolus *l. 5. §. 1. ad L. A. l. 203. d. R. 7. & Imprudentiæ v. J. Gothof. ad l. 20. d. R. 7. p. 107.* quæ hîc intelligitur. Uti enim Dolo Verum, ita Culpâ (strictè) quasi Delictum in esse sui constituitur *dd. loc.* Officit hîc *Damnum* injuriâ datum, quod ad Vera delicta refertur & tamen ex culpâ etiam levissimâ est *l. 44. ad L. A.* Communiter respondetur, *Exceptionem* hîc esse de Regulâ, quòd principaliter tantùm respiciatur ad damnum re-farciendum, novissimè Schüz. *Comp. Jur. d. priv. del. p. 506.* Hu-ber. *ad §. 3. J. ad L. A.* At absque necessitate. Quid impedit, quòd minùs dicas, Damnum injuriæ, quâ dolo, Veris, quatenus Culpâ committitur, quasi Delictis annumerandum? Ita stat firmi-ter Juris Principium, quod vix est, ut exceptione turbari possit. Adrem. Culpæ ad instar Diligentæ illi oppositæ tres vulgò gradus perhibentur, Lata, Levis, Levisima. v. Bachov. *ad Tr. v. 1. D. 26. §. 2. a. add. Struv. Diss. d. Dol. Culp. & cas. fort.* Utra hujus loci? *Qualibet.* De Culpâ Lata textus sunt in *l. 7. d. L. Corn. d. sic. l. 23. §. 2. d. Ed. Edict.* ubi, dum Culpa Lata opponitur  
Dolo,

Dolo, colligitur, eâ non Verum sed quasi Delictum confici. Quod  
 verò vulgò traditur, Latam Culpam juris interpretatione Dolo  
 æquiparari, & quoad effectum juris Doli appellatione compre-  
 hendi *l. 226. d. V. S.* etiam particulâ taxativâ Doli vocabulo addi-  
 ta. *l. 1. §. 1. Si mens. fals. mod.* in causis Civilibus, non item Crimina-  
 libus, obtinet *dd. ll. v. Bargal. tr. d. dol. lib. 5. c. 2. n. 6. seqq. & n. 20.*  
*seqq.* De Levi minùs dubitandum, quòd remouior à Dolo sit, &  
 tamen puniatur *c. 6. X. d. Homicid.* Restat *Levisfima*, quam etiam  
 attendi argumento est L. A. quæ illam coërcet. *l. 44. ad L. A. Conf.*  
*Carpz. 1. q. 27. n. 38.* suppositis tamen terminis habilibus, sc. ubi  
 res exactissimam diligentiam requirat, ut rectè Molina *d. J. & J.*  
*tr. 2. D. 697.* Tria hâc monenda restant. I. Culpam intelligi, qt.  
 conjunctam habet læsionem Capell. Tholos. *q. 257. Cravett. Conf.*  
*83. instar doli l. 36. §. 1. d. pign. act.* Quamvis in foro interiori  
 subtiliùs etiam abstractâ læsione attendatur, neq; Commissionis  
 tantùm, sed & Omisionis ex solâ inadvertentiâ *a. Rom. VII. 15.*  
*Num. XV. 27. 28.* contrâ quàm vulgus Moralistarum. Non O. quòd  
 e. g. obdormiens nil peccet, cum somnus ut res naturalis in vitio  
 non sit. R. Somnum ex se quidem non esse malum, malum tamen  
 fieri *ex eo*, cum est *causa omisionis* præcepti, quod observandum  
 fuit. Ratio est, quòd tali operi deest Circumstantia temporis,  
 quæ inter alias requiritur ad integram bonitatem v. Ziegl. *Dicast.*  
*Concl. 25. §. 6. 7. 8.* II. Nil attinere, Culpa Commissionis sit, an  
 Omisionis. *l. 91. §. 1. d. V. O.* ubi Cujac. *l. 121. d. R. J.* quam ex usu  
 Juris ferè Negligentiam appellare possis *l. 14. in f. d. offic. pres. Scio*  
 equidem Negligentiam vulgò Pigritiæ item torpori contradistin-  
 gvi, Altenstaig. *Lex. Theol. voc. negligentia.* Conf. Accurs. *in l. 18. d.*  
*Ædil. Ed.* At eam hâc qualem cunq; tandem cessationem interpre-  
 tari nil obest. III. Culpæ annumerari (1) *Ignorantiam* juris Na-  
 turalis *l. 38. §. 1. seqq. ad L. Jul. d. Adult. arg. l. 2. C. d. in jus voc. Gen-*  
*tium a. d. l. 2.* item Civilis & Communis quidem indifferenter. *l. 9.*  
*c. d. LL. l. 12. C. d. Ign. Jur. & Fact.* Particularis (Statutarii) verò re-  
 spectu Antiquorum *a. l. f. d. Decret. ab ord. fac. v. Struv. Ex. 48. tb. 9.*  
 (2) *Infirmatam & Imperitiam* sc. in iis, qui artem profitentur *l. 132.*  
*d. R. J.* ubi J. Gothof. *l. 8. §. 1. ad L. A. c. f. X. d. injur. Ord. Crim. art.*  
*134. v. Heig. 2. q. 26.* Imò hanc præsertim in Judice dolo annume-

randam statuit Zieglerus *Dicast. Concl. 1. §. 9. 10.* dum non videtur dolo vacare, qui se talem simulat, cui munus iudicandi committi possit, ut merito solam temeritatem ejus, qui officium, quod ignorat, publicum sibi exercendum arrogat, criminis incuset Navarrus. Quamvis instare possis, Imperitum non eâ mente munus suscipere, ut malè iudicet ac decipiat, adeoq; dolo antecedenter & directè carere, culpam desuper deferentis ex intermissione inquisitionis argui. Quod forte sufficiet tuendo LL. Civilium tenori, juxta quem vix est, ut Imperitia Judicis pro dolo Veri Delicti constitutivo habeatur. *a. pr. J. b. Sc. l. 132. d. R. J.*

(β) Nam quod Dn. Struvius *Ex. 48. tb. 8.* putet, Culpâ propriâ Delictum Imperfectum, Alienâ eâq; imputativâ quasi Delictum constitui, rationem vix habet. Aeq; enim uti, ut verè delinquere dicaris, dolo propriò committas oportet, ita ut quasi delinquere intelligaris, Culpæ propriæ reus existas necesse est. Et sanè Culpâ immediatâ Judex imperitè iudicans quasi delinquit. *§. 1. J. b.* Idem de inhabitante ratione tum effusionis. *l. 1. §. 4. l. 6. §. 2.* tum positionis *l. 5. §. 7. 10. d. his qui effud.* immediatè culpôsæ ex parte traditum. Quid ergo interest Delictum Imperfectum inter & quasi Delictum? Nisi imperfectum alio sensu accipias pro Conatu, quod idem Dn. Struv. *tb. 5.* utrumq; eodem recidit, utrumq; Culpam propriam exigit. Planè in *Modo* exercitii differentia est, ut culpa propria modò immediatè modò mediante alterius factò sive dolosò sive culposò peragi dicatur. Sed hæc rem ipsam haud variat.

## THESIS VI.

**EFFECTUS** *Primus* est Jus ad Rem sive Obligatio (α) modò Criminalis (β) modò Civilis. *Ortus* Actio modò Criminalis (Accusatio) modò Civilis eaq; personalis (γ) quæ est Actio ex Jure ad Rem quasi Delicti competens ei cui interest (δ) contra delinquentem (ε) ad pœnam. (ζ)

(α) Et mixta quidem, ut *supra tb. 2. a.*

(β) Ad pœnam publicam eamq; pro qualitate culpæ & admissi vel pecuniariam vel Carceris vel Relegationis. *l. 4 §. 1. ad L. Corn. d. Sic. l. 4. C. ad L. Jul. d. Adult. Carpz. 1. q. 27. n. 38.* vel Fustigatio

r

nis l. 9. l. 11. d. incend. ruin. nauf. l. 3. §. 1. d. offic. pref. vigil. l. 2. in f. d. term. mot. Struv. Ex. 48. tb. 8. Carpz. 1. q. 27. n. 33. vel etiam Capitalis l. 38. §. 5. d. pæn. Struv. d. tb. 8. Quarum determinatio Judicis arbitrio committitur a. l. 4. d. Jurid. Const. Crim. Carol. art. 146. Carpz. 1. q. 27. n. 28.

(γ) At qualis illa ratione Causæ Efficientis Remotæ? Civilis an prætoriam? Communiter hîc statuitur, eam Prætoriam esse. At ego malim pro diversâ qualitate qs. Delicti modò *Civilem* modò *Prætoriam* dicere. Civilis est, qt. ex quasi Delicto Civili, ut Damno culposo, quod L. A. vindicatur, descendit, cujusmodi est Actio L. A. Prætoriam autem, qt. ex quasi Delicto Prætorio, ut Damno in naui &c. a. l. f. §. f. naut. caup. Item Effusione ex cœnaculo. l. 1. pr. d. his qui effud. venit & actio in factum dicitur. §. f. J. b. vocabulo valde ambiguo. Conf. Sutholt. Diff. 18. aph. 12. Hîc qværi possit. 1. An hæc (Prætoriam) cum illâ (Civili) quandoq; concurrat? Reor concurrere, sc. ubi in quasi Delictis Prætoriis Culpa immediata, ut Exercitoris item Inhabitantis arguatur; Non obstante Regulâ l. 16. pr. d. Min. utpote quæ etiam tum, ubi Extraordinaria pingvior sit, cessat a. l. 3. §. 1. naut. caup. At quomodò? elective; Atqui Actiones pœnales concurrunt cumulativè l. 60. d. O. & A. l. 130. d. R. J. Scilicet merè tales, cujusmodi fere nostræ non sunt, sed mixtæ, in quibus id statutum novimus, ut graviori motâ tollatur mitior, hæc verò institutâ illa supersit in id, quod in eâ est ampli⁹. Struv. Ex. 46. tb. 98. II. An alterutra concurrat cum Accusatione & quomodo? R. concurrere & quidem quatenus pœnalis est, elective a. l. 2. §. 1. d. vi bon. rapt. l. 7. §. 2. d. injur. l. 33. l. 56. §. 1. d. furt. quatenus verò persecutoria, cumulativè a. l. 23. §. 9. ad L. A. l. un. C. qvand. Civil. Act. Crim. v. Bachov. ad Tr. v. 2. D. 30. tb. 3. c. Planè servus quasi delinquens cum civiliter ipse non obligetur, extra ordinem officio judicis corrigitur l. 1. §. 8. d. his qui effud.

(δ) Modò Privato, modò cuivis de Populo l. 5. §. 5. f. d. his qui effud. An & heredi? Aff. §. f. J. b. quia damnum plerumq; pecuniarium persequitur. Non O. (1) quod quædam actiones ex quasi delicto annales sint l. 5. §. 5. d. Calumn. Neq; enim hoc concludit, cum & annales heredibus competere possint, a. l. 1. §. 3. f. d. vi bon. rapt. jun. l. 4. §. f. d. inc. ruin. nauf. Sed nec (2) impedit, quod supra ex l. 5.

§ 5. d. his qui effud. traditum, actiones ex quasi delicto quandoq;  
populares esse; Cum & actio popularis heredi competat. d. l. 5. v. 13.  
non quidem ut heredi, sed ut cuilibet de populo, neq; jure here-  
ditario, sed populari. a. l. pen. § f. d. nox. act. l. 1. §. f. si quadrup.  
p. a. Hortens. ad §. 1. J. b.

(e) An & in heredem? N. §. f. J. b. quia pœnalis est. Non obstante  
l. 2. ad L. J. Repet. in cuius specie actio pœnalis ex causa gravissimâ  
in heredem porrigitur. At Regulariter. Exceptio enim est, si vel  
ad eum ex quasi delicto aliquid pervenit a. l. un. C. ex del. defunct.  
l. 44. d. R. J. vel defunctus litem contestatus est. a. §. 1. J. d. perp. &  
temp. act. l. 87. l. 139. l. 164. d. R. J. Quid autem si plures deliquerint?  
Tum etiam ad versus singulos competit, ita tamen, ut unius solu-  
tio reliquos relevet. l. 1. §. 10. l. 2. 3. d. his qui effud. Nil refragante,  
quod secus statutum sit in pœnalibus. a. l. 11. §. 2. ad L. A. cujusmo-  
di est nostra. §. f. J. b. Hæc enim excipitur; Nec absq; ratione, cum  
quasi Delicti intuitu fundamenti, quod est culpa, non tam gravis  
sit, quàm Veri Delicti pœna. v. Eckolt. d. O. & A. §. 43.

(S) Quandoque etiam simul ad Rem. §. 1. J. b.

## SECTIO SPECIALIS

fistens

Quasi Delicti Species unâ cum Actionibus.

THESIS I.

QVASI DELICTI Species five Exempla (a) ab  
Imperatore (β) proponuntur quatuor (γ) de quibus  
singulis ordine.

(a) Quæ poterunt distingvi vel cum Franzkio ad pr. J. b. n. 7. in Ju-  
dicialia & Extrajudicialia, ita, ut Judiciale sit Factum iudicis per  
Imperitiâ malè judicantis, hæc verò contingant vel extra habita-  
tionem, ut Effusio vel Dejectio ex cœnaculo facta & Positio vel  
suspensio ejus, cuius casus nocere possit, vel intra eam, ut Damnum  
in navi, cauponâ, aut stabulo datum. Vel cum Bocero Cl. 3. D. 17.  
sb. 2. 3. in duo genera, unum, quo alteri jam verè nocitum est, alte-  
rum, quo solo futuri damni metu nocetur, ita ut prioris generis duæ  
species sint, una, cum quis proprio facto nocet, ut accidit in facto  
Judicis, altera, cum quis (addiderim; ut plurimum) facto alterius

no-



nocere alicui dicitur, veluti contingit in Dejectione vel Effusione,  
ut & in Damno in navi &c. *posterioris* generis verò sit Positio vel  
suspensio ejus &c.

(β) *t. J. d. Obl. quæ quasi ex delict.*

(γ) Dissentiunt præeuntibus Wesenbecio, Mynsingero, Harpprech-  
tio & aliis nonnullis ad *pr. J. b. Lindemannus Ex. 8. tit. 5. th. 1.*  
Theodoricus *Colleg. Crim. D. 2. th. ult.* tres tantum quasi Delicti  
species hinc proponi existimantes. At confundunt secundam &  
tertiam invitò utiq; Justiniano, ut benè monuit Ludvvelus *ad pr.*  
*J. b. n. 2.* Cæterum quatuor tantum sint an plures quasi Delictorum  
species, investigandum. Posterius plerisq; arridet non tamen eo-  
dem omnino modo. Giphanius *ad pr. J. b.* hinc detorquet Delicta  
Extraordinaria it. Detentionem rei, in quâ alius interesse habet, *ad*  
*l. 25. d. O. & A. n. 20.* Perperam; Illa enim Vera Delicta sunt, ceu  
colligere est ex *t. t. d. Extraord. Crim. & seqq.* Hæc verò Variis  
Causarum figuris. *l. 1. pr. d. O. & A.* quas Facta obligatoria Extra-  
ordinaria cum Dn Præsid. *in Method. Jur. part 3.* appellem, annu-  
meranda, cum Contumacia, quam fontem obligationis ac actio-  
nis ponit ille, utrumq; tam naturæ ordine, quam tempore sequatur  
Hillig. *ad Don. XX. Comm. 19. d.* Aliter Vultejus, qui *1. Jurispr. Rom.*  
*§ 1.* omnia delicta, quatenus sine dolo culpâ saltem aliquâ admit-  
tuntur, hinc refert. Cui quidem lubens assentiar. Addiderim etiam  
cum Dn. Struvio *Ex. 18 th. 20.* Acceptionem ex turpi causâ *a. l. 1. ff.*  
*& C. d. Cond. ob turp. caus.* Licet sint, qui eam inter quasi Contra-  
ctus referre malint. C. J. A. *d. l. n. 3.* Hahn. *ead. n. 3. inf. novissime*  
*Schüz. Comp. Jur. d. l.*

## THESIS II.

PRIMA Species est (α) Factum Judicis (β) ex  
Imperitiâ (γ) malè judicantis. (δ)

(α) *l. 5. §. 4. d. O. & A. l. f. d. extrord. cogn. pr. J. b.* ubi Imperator eo-  
dem argumentandi genere, quo usus erat de quasi Contractibus  
*pr. J. d. obl. quæ quasi ex contr.* (scil à partium enumeratione, quæ  
tamen an adæqvata sit ac sufficiens, meritò quis ambigat. *a. l. 1. pr.*  
*d. O. & A.*) & hinc utitur. Atqui Medicus imperitè faciens artem  
suam verè delinquit *§. 7. J. d. L. A.* Quæ res tanti visa Donello &  
Wissenbachio est, ut non attentis tot disertis textt. Judicem ex Im-  
pe-

peritiã perperam judicantem ex vero delicto teneri contende-  
rent. Ineptè. Medicus hætenus *d. §.7. ex L. A. & dolum & Cul-*  
*pam vindicante, nuspiam verò ex Vero Delicto teneri traditur. Ap-*  
*paret itaq; falsitas objectionis. Consentunt Argentoratenses 9. t. 2.*  
*tb. 5. & 47. t. 1. tb. 4. Locam. Tab. Bicc. Ex quo palàm fit, frustra Dd.*  
*comm. & cum illis novissimè Huberum b. n. 2. operari reddendis*  
*differentiæ Rationibus. Itane verò Judex etiam hïc ex L. A. tene-*  
*bitur? Teneri cum Wesenbecio ad pr. J. b. arbitratur Bocerus, qui*  
*actionem L. A. cum actione ex hac specie concurrere ait. Cl. 3. D. 17.*  
*tb. 21. seqq. Non putem. Quia Judicis munus publicum est, quod*  
*invitis imponi potest, ut æquum sit, cum eo lenius agi, quàm cum*  
*eo, qui privatim suoq; arbitrio peritiam artis ( præsertim Medicæ,*  
*quæ olim Romæ servilis Professio erat, ut notum, & eleganter pro-*  
*batur à Bockelmann, in Libell. cui tit. Medicus Rom. XX. solidis æ-*  
*stimatus ) profitetur, ut rectè hætenus Huberus dissentiens d. n. 2.*  
*Id addo, me, dum & Judicem & Medicum hïc quasi delinqvere*  
*dixi, ex sententiã J. Civilis loqui. Nam in foro Conscientiæ utrumq;*  
*verè peccare concesserim per ea, quæ tradidi suprã *sect. gen. tb. 2. c.**

(B) At qualis judex intelligitur? R. intelligi (1) non datum sive  
Pedaneum duntaxat *a. l. pen. C. d. Pact. sed & Ordinarium sive Ma-*  
*gistratum, sc. si sui animi judicium secutus malè judicet. a. l. 9. §. 3.*  
*d. Jur. & Fact. ign. secus, si ex Consilio Assessoris; Tum enim hic*  
*solus tenetur a. l. 2. quod quisq; jur. Don. XV. Comm. 27. Ratio est,*  
*quòd Assessor pro Jurisperito agat & Scientiam Juris præstare de-*  
*beat, Prætor v. it. Præses, aliiq; Magistratus non item, quandoqui-*  
*dem hi plerumque non Jurisperiti existant, sed Viri Militares ex*  
*nobiliori familiã oriundi, qui arma potius quàm Leges callent,*  
*quod ex Græcis notat Cujacius XXIII. O. ult. inf. Cujus opinionem*  
*Roberto. 3. Sent. 3. Vultejo ad pr. J. b. ac Gothofredo in d. l. 2. e. pro-*  
*batam hoc sensu etiam admittit Ludvvellus ad d. pr. n. 5. Hodie ta-*  
*men quod ab Assessoribus committitur ipsi toti judicio, quod ex*  
*pluribus plerumq; consistit personis, imputatur Ziegl. *Dicast. concl.**  
*1. §. 4. Sed quid, si secutus Consilium Peritorum malè pronunciet,*  
*an & tum quasi delinquit? Aio, sc. si vel illud sponte requisitum*  
*iniqum esse intelligat, vel ex conventionem partium relicto sibi*  
*arbitrio abutatur, Consultores inidoneos eligens, vel ex imperitiã*  
Acta

Acta mutila ac manca transmittat. Ziegl. *Dicast. Concl.* 45 § 6. seqq.  
 An verò Juris imperiti ad judicandi munus admitti possint, explicat post à se citatos laudatus Zieglerus *d. Concl.* 1. § 18. ubi distingvit inter ἐξστίαν & δὐναμιν judicandi, & si ex illâ munus Judicis absolvi dicas, ait, sin ab hac æstimes, negat, quamvis illinc aliorum auxilio opus habeat, quorum decretis potestatem suam deinceps communicet, ut sententiæ vires accipiant. Et videntur Romani solâ ἢ ἐξστία aliquando Judicis munus circumscripsisse, ut jam ex Dd. quæis addendus Merenda. 2. *Controv.* 4. n. 14. monui. Justinianus autem δὐναμιν requirit N. 8 2. *pr.* quam etiam apud Hebræos Lege quâdam requisitam fuisse observat Alciatus *ad l.* 207. *d. V. S.* Quamvis hinc non improbabiler dissentiat Seldenus *d. Synedr.* 2. c. 9. in *addend.* p. 738. Hodie δὐναμιν non semper attendi testantur Oppidulorum quorundam ac pagorum Germaniæ Judicia, quibus aliquando homines prorsus rudes & jurium ignari præficiuntur; Cujus mali causam haud exiguam esse ait Ventura *d. Valent. Parthen. litig.* 1. c. 12. n. 27. quòd hoc seculo communiter in Germaniâ concessio territorio etiam Jurisdictio concedatur. (2) Arbitrum *a. d. l. p. in f. C. d. pact.* l. 1. l. 13. §. 2. *d. recept. arbit.* l. 14. *C. d. Judic.* Gilhauf, c. 1. *Arb. Civ. part.* 3 §. 9. Non O. sententiæ Arbitri, æqua sit sive iniqua, standum *l.* 27. §. 2. *d. t.* R. enim standum quoad partes inter se *d. l.* salvo tamen parti læsæ regressu contra Arbitrum *a. d. l. p.* Sed quid de Arbitratore? Sed & eum hinc pertinere Bartolus censet *in l. f. d. extraord. cogn.* modò lædat immodicè, quod alii ultra sextam *a. l.* 78. *pro Soc.* Gothofr. *in d. l.* 27. §. 2. e. alii ultra dimidiâ *a. l.* 2. *C. d. resc. vend.* interpretantur. At re penitiùs expensâ vix est, ut Bartolo accedas, cum Arbitrator, uti ex veriori sententiâ, quam jam olim tenuit Jacobus ab eod. Bartolo *in l.* 76. *pro soc. n. 7.* relatus, non instar Judicis, ut Arbitrator, sed ut nudus duntaxat Mediator in actibus extrajudicialibus adhibetur v. Bachov. *ad tit. d. recept. arb. c. 1. n. 2.* Vinn. *l. 9. 16.* ita peritiam juris non magis quam simplex Consultor præstet. Quid? quòd iniquitas laudi semper actione vel exceptione corrigi potest *l.* 76. *l.* 79. *d. t.* (3) Commissarium e. g. testium examini deputatum, si quid in eo imprudenter committat *a. l.* 7. §. 7. *d. dol. mal.* Boc. *Cl.* 3. *D.* 17. *th.* 23. (4) Notarium, si imperitè confectò instrumentò noceat *a. l. f. C. d. Mag. Conv.* ibiq; Brunnem. Perez. *d. t.* n. 4.

C

(γ) Im-

(7) Imprudentiam hinc interpretor I. Imperitiam (alibi stultitiam *l. 51. pr. d. evict.*) conf. supra *Seet. gen. tb. 5. a.* At qualem? Non certe quamlibet, non, inquam, quæ levisimam Culpam ingerit, ut est in causis Juris obscuri ac Controversi admittenda *a. l. 1. §. 6. C. d. V. J. E.* Vent. de Valent. *Parthen. litig. l. c. 11. n. 23.* Conf. Bachov. *ad Tr. 2. 4. tb. ult. b.* (Licet in Foro Interiori, quod diligentiam utiq; exactissimam requirit, eam etiam hinc notari largiar, perperam dissentiente Velasco *in Judic. perf. rubr. 15. annot. 1. n. 20. seqq.* vid. Ziegl. *Dicast. Concl. 25. §. 9. 12. & Concl. 43. §. 11.*) sed supinã, sed crassam earum scelerum, quas vir bonus ac industrius scire solet ipse vel ex Prudentibus discere Baro *ad pr. J. b.* quæq; Culpam Latam & Levem arguit, Vent. d. Valent. *d. l.* ut puta si iudex in iis, quæ certo jure constituta, impingat Ziegl. *Dicast. Concl. 1. §. 20.* vel in iuribus formaliter non expressis Communem Opinionem, quæ vel neminem dissentientem habet, vel discedentes at pauciores (quamque ex elegantissimo monito laudati Ziegleri. *Concl. 39. §. 14.* ex numero magis expresso tractantium supputari convenit) temerè deserat *Gail. 1. O. 153. n. 5.* Mynsing. *3. R. 21. n. 89.* Temerè, inquam, vel studio contradicendi, vel ex singularitate aliquã; Nam si vel Rei similiter iudicatae auctoritate motus, vel firmiter persuasus Rationibus à se pensitatis aliter pronuntiet, nil peccat. Etsi enim Communis sententiæ magna est auctoritas *a. l. un. pr. d. offic. quæst. l. f. C. d. fideic.* conf. *eleg. text. l. 17. d. Jur. Patron.* tanta tamen non est, ut eam vel Judicatorum vis *a. l. 38. d. ll.* vel Ratio *a. l. 39. d. t. l. 2. C. quæsit L. C.* non vincat. Imò verò Communes opiniones communes sæpe errores esse jam olim animadversum v. Fichard. *1. Conf. 6. n. 6.* quibus adeo iudex nullo culpæ periculo repudium mittit, etiam Re sæpius iudicatã introductis *a. d. l. 39. d. ll.* contra quam Mastrillus *Dec. 137. n. 25.* Taceo, de communi Opinione in tantã librorum copiã vix constare posse, cum Doctore asserenti fidem vix tutò habeas. Ziegl. *d. Concl. 39. §. 30.* Conf. H. Pist. *1. q. 24. n. 37.* Rauchb. *1. q. 102.* Carpz. *2. q. 72. n. 7.* At quid de *Glossæ* opinione? Hanc licet Nonnulli ex Veteribus præsertim pro idolo habeant, ita ut omnium Dd. auctoritatibus anteferant Budel. *d. monet. l. c. 24. n. 4.* & somniare credant, qui illam velit infringere Roland. à Vall. *v. 3. Conf. 14. n. 40. seqq.* tamen eam etiam iudex iisdem fundamentis innixus impunè mittit Gvid. Pap. *Decis. 277.* cum primis, cum ipse Glossator ad

*l. 12. d. offic. pres. testetur*, se Glossas suas tanti aestimari nolle, ut in defectu LL. ex illis probatio induceretur. II. Inadvertentiam v. Ziegl. *Concl. 1. §. 9* in iisdem Culpæ gradibus spectatam; Cujus duo cum primis capita adverto, Negligentiam ac Festinationem. *Negligentiam*, dum vel ex animi segnitie vel ex somno obrepente (cujus exemplum lepidum refert Vent. de Valent, *Partben. litig. 1. c. 12. n. 24.*) vel ex mentis distractione Judex non satis attendit ad ea, quæ aguntur *l. 3. C. d. offic. pres. prat. l. 3. C. d. Sportul. l. 29. C. d. pact. Ziegl. concl. 25. Festinationem*, dū festinat nimis ac causæ merita non satis expendit, *l. 2. C. d. Sent. ex lib. recit. a. l. f. C. Comm. epist. programm. Ziegl. Concl. 26.* Extrema hæc à se invicem sunt & utrumq; in vitio. Quod si inter se comparentur, magis videtur peccare, qui festinat, quàm qui cunctatur. Ille plerumqve plus damni dat, hic aliquando; Ille directè in rem ipsam vitiosè agit, hic principaliter tempore abutitur. Neuter excusari debet. Rectè facit, qui medium tenet, sc. qui neq; cunctatur morosè, neq; nimis festinat, Exemplis utriusq; Vitii abundat Ziegleri elegantissima *Dicastice*, quò brevitas studio me remitto.

(d) Malè judicat Judex, cum aliter quàm Legibus aut Moribus proditum, judicat *a. pr. f. d. offic. jud. l. 13. C. d. Sent. & Interl. Auth. jubemus C. d. Jud. N. 126. c. 1.* Est enim minister legis, non Arbiter. Et hoc est judicis officium, ut legem sequatur, quippe, quæ eum in finem promulgata est, ut normam præscribat ac regulam *c. 3. dist. 4. fufè Ziegl. Dicast. Concl. 36.* Neq; est, quòd hîc cum aliquibus distinguas inter Judices Majores & Minores contra *disertum text. N. 82. c. 13. jun. c. 1. §. 1.* unde utrosq; legibus adstringi liquet. v. Don. XXVI; *Comm. 2.* Sed vocem judicandi quomodo hîc interpretabimur? Nil obest, generaliter eam accipi *a. l. 1. d. Jurisd. jun l. 2. C. d. ped. jud. pro quocunq; Judicis Decreto ac facto sive Commissionis, sive Omisionis, sc. si Justitiam ex imprudentiâ debito modo non administret. Cæterum geminum huic quasi Delicto est Factum cum Medici § 7. f. d. L. A. tum Jurisperiti (Professione) a. l. 213. §. f. d. 223. d. V. f. l. 9. §. 2. d. f. & F. Ign. Bocer. Cl. 3. D. 17. th. 19. Diss. Lin. ad pr. f. b.* cui tamen Regula *l. 27. d. R. J.* nil opitulatur.

### THESIS III.

ACTIO inde (α) competit (β) læso contra Judicem ad mulctam arbitrariam. (γ)

C. 2

(α) Vul-

- (α) Vulgò actio malè judicati, item de Syndicato audit. Sed Civilis an Prætoria sit, nusquam exprimitur. Et tamen cùm verosimile non sit, Prætorem eâ de re, quæ seipsum, alios item Magistratus sibi superares, etiâ se Majores concernit, Jus edixisse, magis eam Moribus, ut pleraq; alia *l. 2. §. 6. d. O. J. inductâ* adeoq; Civilem esse crediderim.
- (β) Sed quid de sententiâ (ex imperitiâ latâ)? Valetne an nulla est? Sustinetur ex ratione *l. 65. §. 2. ad Sc. Treb. l. 11. d. 7. & 7.* Nisi pronuntiatâ sit (1) adversus Jus Constitutum idq; expressum (cui perperam hîc cum nonnullis æquipares Opinionem Communem v. Ziegl. *Dicast. Concl. 39. §. 33.*) *l. 2. C. quâd. prov. non est necess. l. 1. §. 2. quæ sent. sin. appell. l. 27. d. Re jud.* utpote quæ non ἀδικῶ tantum sed & παρανομῶ est. Franzk. *Ex. 12. q. 10.* Conf. Marant. *d. Sent. n. 130. seq.* Umm. *Proc. D. 19. n. 49.* (2) ex nimia festinatione (sine causæ cognitione præviâ) *Surd. Decis. 334. n. 3. 4.* Quid verò si omisâ saltem deliberatione cognitio præcesserit? Tum verò nulla non est, ut ex Scacciâ *d. Sent. & re jud. Gloss. 13. n. 62. seq.* Ziegler *Concl. 26. §. 13.* (Cæteroquin ex proposito perperam lata sententia, quatenus subsistat aut nulla sit, distinctim exponit toties laudat, nunquam satis laudandus Zieglerus *Concl. 36. §. 47. seqq. & Concl. 45. §. 2. 3. 4.*) At itane utrinq; Remedio ordinario contra partem adversam locus erit? Est utiq; Sanè si sententiâ ipso quidem jure sustineatur, appellatione, sin nulla sit, querelâ Nullitatis læso succurritur. Ad quid itaq; Actio contra Judicem? Videlicet concursus istorum beneficiorum contra Collitigatorem non protinus adimit gravato actionem adversus Judicem, comparatam saltem vel ad æstimationem arbitrariam vel ad impendia tantum litis, ut infra γ. Alioquin dicendum foret, huic nunquam ferè locum esse, cùm plerumq; certè illorum remediorum alterutrum obtineat. Conf. Bachov. *ad Tr. v. 1. D. 12. tb. 14. d.*
- (γ) *dd. textt.* Non, inquam, in veram litis æstimationem, ut contra Judicem dolo perperam facientem cum famæ munerisq; dispendio *L. 15. §. 1. d. Jud. l. f. C. d. pœn jud.* Barbos. *in d. l. 15. n. 47. 50. 56.* Conf. Ziegl. *Concl. 38. §. 3.* (qui præterea (1) *L. Corn. de falsis l. 1. §. 2.* (2) *L. J. Repe- tendarum l. 3. l. 7. §. 3.* (3) *L. J. de vi Publicâ l. 7.* (4) *L. Corn. de Sicariis l. 4.* tenetur ad pœnam Criminalem, Relegationis, Fustigationis *Carpz. 2. q. 93. n. 52. seqq.* etiam Gladii Ziegl. *Concl. 30. §. 13.* Quomodo? alternativè v. Menoch. *d. A. J. Q. 2. cent. 4. cas. 342. n. 9.*) Sed ad

ad id saltem, quod religioni Judicis ( Majoris ) videtur, sc. ut hic pro modo Culpæ ac læsionis, habitâ itē ferè tantum damni emergentis ratione æstimet, latè Bart. q. 9. & e. g. mitiùs agat cum eo, qv̄i contra Opinionem Communem pronuntiavit, qv̄am qv̄i contra Legem indubitabilem Vant. d. Nullit. t. d. Null. ex def. Proc. n. 120. iterum cum eo, qv̄i contra Comm. opinionem, à qv̄a discedunt alii, judicavit, qv̄am qui Communem nemine dissentiente insuper habuit Ziegl. Dicast. Concl. 39. §. 26. sed & cum eo, qv̄i omittendo qv̄a qv̄i committendo deliquit. Barbof. in l. 15. d. Jud. n. 64 seqq. Nō O. l. 29. C. d. pact. v. Ziegl. Concl. 25. §. 13. seq. adversus Legem difficilem pronuncianti parcat Rondinell. d. Synd. n. 151. seqq. nec Culpam Latam Dolo æquiparet, aliter ac Menochius v. Farinac. 3. q. III. a. 16. n. 483. Et hætenus litem suam Judex facere dicitur *dd. textt.* qvatenus, dum æstimationem præstare cogitur, ex Judice Reus effici & litis pretium solvere videtur. Huber. b. n. 2. Idq; etiam, ubi gravatus appellationem intermittat; Ut maximè enim injusta sententia inter partes jus faciat, nisi appelletur l. 51. pr. d. Evid. respectu tamen Judicis nunquam in rem judicatam transit Farin. 3. q. III. a. 17. n. 509. Non O. arg. l. 8. §. 8. Mand. R. ex eo fieri illationem à *separatis* v. Ludw. h. n. 9. Pone appellari; Tum verò si sententia confirmetur, ex veriori sententiâ Judex non tenetur a. l. 19. C. d. Appell. perperam dissentientibus Menoch. & Farin. sin reformetur, in expensas tantum appellationis condemnatur a. l. 22. §. 4. 5. *rem. rat. bab.* Schneid b. n. 13. Quid autem si appellatio deseratur? Et tum Judicem teneri verius. Ad quid? An ad impendia tantum appellationis? ut cum Bart. Bocerus Cl. 3. D. 17. tb. 14. an ad Interesse, quod Dd. *magis comm.* teste Ant. Mariâ d. *Comm. opin. t. 12. n. 27.* Hoc malim; Etsi enim hic ipse appellans in culpâ esse videtur & sententiæ veluti acquievissè censerì potest, ea tamen desertio adversæ parti tantum prodest, non Judici, qv̄i cum semel defunctus est officio, mutare sententiam neqvit. Ziegl. Concl. 45. §. 5. Et est utique in arbitrio læsi, interponere appellationem, an eâ omisâ aut interpositâ desertâ contra Judicē experiri malit. atq; hanc notabilē *Praxin* laudat Schulzius b. a. Planè si gravatus expressè vel ratam sententiam habeat, vel appellationi renunciât, certi juris est, Judicem nec in expensas teneri a. l. 145. d. R. J. l. pen. C. d. pact. Quid verò,

rō, si nulliter pronunciatum? Æquius est, ad sumtus tantum litis  
 eum condemnari, tantō certē, quantō minus inde præjudicii læso  
 emergit Bocer. *d. D. 17. th. 13.* Licet fortē secus videatur, ubi per sor-  
 des judicatum v. Bach. *b. n. 3.* Duo heic incurrunt: I. An Judex  
 præstiti nomine advers<sup>o</sup> colligatorem, pro quo pronunciaverat,  
 regressum habeat? *N. a. l. 38. §. f. d. adm. tut. l. 1. §. 14. d. tut. & rat.*  
*distr. Wissenb. p. 2. D. 42. th. 16.* II. Quid juris, si non solvendo i-  
 dem existat ob gravitatem fortē causæ, nunquid corpore luere  
 debeat aut incarcerari possit? *N. a. l. f. d. extr. cogn. & c.* Sufficiet  
 tum sumtus restitui. Et hæc quidem in foro *Exteriori.* At in foro  
*Conscientiæ* ut maximè minus peccare videatur, qui culpā com-  
 mittit, & ex hoc pœnam mereatur mitiorem, non minus tamen ad  
 integram satisfactionem tenetur quàm si dolo damnum dedisset.  
 Ziegl. *Concl. 1. §. 14. jun. §. 2.* Sed quid *hodiè*? Moribus hujus seculi  
 Judicem ex imperitiâ non teneri ajunt Grænewegenius *ad pr. f.*  
*b. & Christinæus 4. Decis. 95. n. 4.* Quod fortē de *Gallia* it. *Belgii*, ubi  
 officia venalia perhibentur, Bugnon. *d. ll. abrog. lib. 1. art. 124. 208.*  
 sed & *Italia* Joseph. Lud. *Decis. 1. n. 50. Dec. 3. n. 39.* Consuetudine intel-  
 ligi oportet; Quamvis Rationes Desvetudinis, quas Leeuwenius  
*Cens. For. lib. 5. c. 7. n. 5. 6.* adduxit, vix sufficiant. Sanè in *Saxoniâ* Jus  
 Commune hoc in puncto adhuc vigere arguunt exempla apud  
 Carpzovium 2. *R. 64.* & testis Zieglerus est *Concl. 45. §. 4.* cui ma-  
 gis crediderim quàm Eckolto contrarium asserenti *d. Extmord.*  
*cognit. §. f.* Imò & alibi pœnam arbitrariam attendi observat  
 Damhouder<sup>o</sup> *Prax. Civ. c. 228. n. 1.* Libellum Actionis malè judicati  
 collige sis ex Magnif. Schwendédörff. *d. Act. Expos. spec. c. 3. m. 43.* Id  
 restat addere, ex imperitiâ (quæ tamen in dubio magis est, ut præ-  
 sumatur Ziegl. *Concl. 30. §. 16.*) e.g. Judicem pro ratione admissi  
 quandoq; injustè torquentem non ad Emendam tantum & resti-  
 tutionem damni (non obstante Urphedâ) *ord. Crim. art. 20. 21.*  
 sed & ad pœnam (arbitrariam *a. l. 7. §. f. ad L. J. Repet. part. 4. Const.*  
*Blect. 42.) d. Ord. art. 61. in fin. teneri, fusè Carpzov. 3. q. 127. n. 33. seqq.*

#### THESIS IV.

Altera est (α) Dejectio vel Effusio (β) ex Cœnaculo  
 (γ) in locum, quò vulgò iter fit (δ) cum damno præter-  
 euntium facta.

(α)



- ( $\alpha$ ) *l. 5. § 5. d. O. & A. § 1. J. b.* ubi tamen Ratio allata minùs accurata videtur Bach Accuratio petitur à Culpá Habitatoris eâq; vel verâ, ubi ipse faciat, vel *præsumtâ*, quæ ex facto eorum, quos temerè recepit, ipsi imputatur *l. 1. §. 4. b.* favore, inquam, publicæ securitatis, qui exprimitur *l. 1. §. 1. b.* Et hæc causâ Edicto *l. 1. pr. d. his qui effud. dedit.*
- ( $\beta$ ) Illa est materiæ solidæ, hæc liquidæ. Id nil attinet etiam quoad sententiam Edicti, alterutra fiat ab Habitate ipso, an à Domesticis; Edictum in genere loquitur *d. l. 1. pr.* Ratio ejusdem *d. l. 1. §. 1.* generalis est. Icti generaliter explicant *d. l. 1. §. 4. l. pen. § pen. b.* Et oppidò absurdum est, Habitorem ex Culpá imputativâ magis ac in majus adstringi quàm ex immeditâ. *Diff. Dd. comm. Conf. inf. th. §. 2.* Cæterùm quoad Domesticos non refert, servus sit an Liber § 1. *J. b.* ubi per Liberum Græci intelligunt filium teste Borcholt. *ad d. §. 1.* Contrâ Theophilus liberum *in genere* interpretatur, Probabiliùs, cùm non Pater tantùm ex facto filiifam, sed & Maritus uxoris, hospes hospitis, deniq; Magister discipuli nomine teneatur *l. 5. §. 1. 3. b.* contra Regulam *j. comm. l. 22. C. d. pæn. t. C. ne fil. t. C. ne ux.* à quâ hîc exceptionem præter præsumtam Inhabitantium culpam induxit publicæ utilitatis favor.
- ( $\gamma$ ) Cœnaculum *l. 1. §. 7. & passim b. l. 3. §. f. d. offic. præf. vig.* propriè notat partem ædium superiorem, in quâ Veteres cœnare soliti Varr. *IV. d. Lingv. Lat.* Hinc Cœnacularius, qui in cœnaculo habitat *l. 1. §. 5. d. pign. act.* & cœnaculariam exercere, qui domos totas conducit, ut singula cœnacula inquilinis locet quæstûs faciendi causâ *l. 5. §. 1. b.* Hæc *metonymicè* significat universas ædes *a. l. 1. pr. l. 4. b.* ac absq; discrimine, propriæ sint an alienæ & hæc sive conductiæ, sive gratiæ, *d. l. 1. §. 9.* Sed & Navis hûc pertinet *l. p. §. f. b.*
- ( $\delta$ ) Publicum vel Privatum *l. 1. §. 2. b.* nocte vel die, modò illic nocte iter fiat *l. 6. §. 1.* ubi Brunnem. Unde in loco, ubi iter noctu fieri non solet, Mancinum Ædilem Cur. lapide impunè ictum fuisse Gellius refert. *IV. c. 14.* Excluduntur Loca secreta *d. l. 1. §. 2. inf.*

### THES. V.

Actio inde ( $\alpha$ ) datur ( $\beta$ ) læso ( $\gamma$ ) contra Inhabitantem  
 ( $\delta$ ) ratione damni dati in Re. i. Æstimabili ad duplum ( $\epsilon$ )  
 2. Inæstimabili (Libero homine) Occisionis ad pœnam  
 L. au.

**L. aureorum** (ζ) **Læſionis ad pœnam arbitrariam** (η) **Est-**  
**que vel Directa vel Utilis.**

- (α) Vocari ſvevit actio de dejecto, quæ pro duplici qualitate hujus  
quasi Delicti in duas abit species; Una est actio de *dejecto* in spe-  
cie, altera de *effusis*. Libellum utriusq; exhibet Schyvendendörf-  
ferus *d. Act. Exp. Spec. c. 3. m. 42, Sect. 1. 2.*
- (β) Cessat tamen, si transiens tempeſtivè ac ſufficienter admonitus ſibi  
non caveat *a. §. 4. f. d. L. A. l. 31. eod. C. J. A. b. th. 31.* Modò alter ex  
necesſitate quâdam dejiciat. Alioquin non obſtante præmonitio-  
ne ex facto per ſe improbato eum teneri nemo ambigat *a. l. 1. pr.*  
*§. 1. b.*
- (γ) Læſo, inquam, ubi damnum datum ſit in re æſtimabili, ſed & illius  
heredi *l. 5. §. 5. b.* Cæteroquin ſi liber homo inde perierit, cuius de  
populo (heredi etiam non quidem, ut tali, partim, quòd non niſi  
ex cæde teſtatoris naſcitur, partim ex rat. *l. 36. §. 1. ad L. A. ſed ut cui-*  
*dam de populo, cum quâdam tamen prærogativâ d. l. 5. §. 5.) ſin*  
*læſus ſit, ipſi læſo (non it. heredi ut tali ex rat. d. l. 5. §. 5. jun. l. f. eod.)*  
& hoc ceſſante cuius itidem de populo; Quamquam utrinque  
in concuſſu Cognati præferuntur *d. l. 5. §. 5. h.*
- (δ) *l. 1. §. 4.* eumq; Liberum (non ſervum, qui extra ordinem officio  
judicis corrigitur *d. l. 1. §. 8.* nec heredem *l. 5. §. 5.* ne quidem quæ rei  
perſecutoria *a. l. 35. d. O. & A. Struv. Ex. 14. th. 34.*) Nec intereſt 1.  
dominus ædium ſit an Conductor aut gratuitus Inhabitor *d. l. 1.*  
*§. 9. l. 5. §. 5. d. O. & A. §. 1. f. b.* 2. Pater ſit an filiusfam. *d. l. 1. §. 7.*  
Contra Locatorem ædium non datur *d. l. 1. §. 4.* nec contra hoſpi-  
tem, qui tantisper hoſpitatur *d. l. 1. §. 9.* An verò competit contra  
conductorem cubiculi (muſæi) ut Studiosum? Ait Hahnſius *b. n. 4.*  
Ego negem; Sanè alia ratio eſt Conductoris cœnaculi ac unius  
Cubiculi. Nam Cœnaculum præter cubiculum continet exedras  
& medianum *l. 5. §. 2.* comparatumq; eſt in uſum integræ familiæ,  
cùm in Studioſi cubiculo ea, quæ occaſionem huic Edicto præ-  
bent, ab iis, qui cubacula locant, proficiſci ſoleant Wiſſenb. *D. 43.*  
*th. 23.* Huber. *b. n. 4.* Solus itaq; Inhabitor tenetur, ita tamen, ut  
regreſſum habeat contra dejicientem *l. 5. §. 4.* uberius *C. J. A. b. th.*  
*23.* Si plures inhabitent, intereſt, an habitent diſtinctis in cœnacu-  
lis, an pro indiviſo; Hinc is, ex cujus parte dejectum, tenetur *l. 5.*

pr.

*pr.* Hinc, si constet, uter dejecerit, is solus obligatur *d.l. §. 2. sin inf-*  
*nus, singuli obligantur in solidum; (idem est si ex mediano, quod*  
*quid sit v.l. 17. §. 15. d. Edil. Edict. dejectum sit l. §. 2.) Unius tamen*  
*præstatio ( non Litis Contestatio) liberat reliquos, præstaturos*  
*partem damni societatis iudiciò vel utili actione ei, qui solvit l. 1.*  
*§. f. & ll. seqq. b. latè Molin. d. J. & J. tom 3. part. 1. tr. 2. D. 710. n. 4. seq.*  
*secus ac in actione L. A. l. 11. §. 2. 4. ad L. A. Ratio differentia est,*  
*quòd in hac factum plurium, in nostrâ unius admissum attenda-*  
*tur a. l. pen. §. f. naut. caup. Cujac. in l. 4. b. Et hæc de Directâ. Utili*  
*tenetur præpositus navi l. pen. §. f. nec non pictor, & is, cuius ampho-*  
*ra ex reticulo suspensa cum damno prætereuntium excidit l. §. pen.*  
*(e) l. 1. pr. absq; adjectione Culpæ vel inficiationis d. l. 1. §. 4. in quo vi-*  
*cissim differt ab actione L. A. l. 2. §. 1. l. 23. §. 10. ad L. A. Rationem ar-*  
*cesse à publico itinerum favore d. l. 1. §. 1. 2. Duplum quomodo æ-*  
*stimabimus? Non quanti res quæq; plurimi fuerit eo anno aut*  
*dieb<sup>9</sup> 30. retrò computatis, ut in actione L. A. d. l. 2. pr. l. 27. §. 5. ad*  
*L. A. sed ex die damni dati d. l. 1. pr. b. Duplo inest Res & Pœna; Hinc*  
*est mixta a. §. 19. d. act. Struv. Ex. 14. tb. 31. Hodie tamen in simplum*  
*competere docent Grænevveg. ad §. 1. J. b. & Struv. d. Ex. 14. tb. ult.*  
*De quo cum Brunnemanno ad l. 1. pr. b. n. 5. quis forte ambigat, o-*  
*ptimâ ratione, quòd nõ usu leges juxta non tollantur. Sed quous-*  
*que competit? in perpetuum l. §. 5. Quandoquidem à naturâ a-*  
*ctionum Prætoriarum Pœnaliùm hîc eodem favore recessum*  
*Svend. ad Eck. b. §. 2. Id hîc nõ inconcinne dilquiritur, contra Habi-*  
*tantem, si ipse dejiciat, an Actio L. A. cum hac concurrat? Affirmè*  
*cum Bocero Cl. 3. D. 17. tb. 30. & Hahnio b. n. 4. idq; per text. l. §. 5.*  
*4. b. jun. §. f. J. d. L. A. ut hæc regulariter sit pingvior ut supra. Et*  
*frustrâ hîc est Cujacius, qui textum mutat, frustrâ Gloss. est, dũ eundẽ*  
*aliter atq; aliter interpretatur. Planè si ex facto servi conveniatur*  
*Domin<sup>9</sup>, deditio liberatur l. 1. pr. in f. b. Ratio est in l. 2. d. nox. act.*  
*(c) l. 1. §. 5. (ubi Ratio, quòd liberum corpus non recipiat æstimatio-*  
*nem, proinde nec duplum) imò amplius ad impendia & c. si per-*  
*cussus statim non obierit Molin. d. 7. & J. tom. 3. part. 2. tr. 2. D. 710.*  
*n. 6. inf. Sed quis illam consequitur? Wesenbecius b. n. 6. inter fi-*  
*scum & actorem dividit. Alii, Noviores præsertim, actori adjudic-*  
*ant, quorum votis subscribo a. l. 3. pr. d. sep. viol. l. 12. d. V. S. Hodie*  
*supereft Arbitraria Occisi viduæ Liberisq; applicanda Grænev.*  
*ad §. 1. J. b. Dessel. ad. Zoef. b. n. 4. 5. Struv. Ex. 14. tb. ult. ita ut ad ma-*

jorem suam, corporis etiam afflictionem pro modo admisi ac  
culpæ extendi possit Brunnem. *ad l. 1. pr. b. Jure Saxonum* præter  
arbitrariam inolevit pœna Werigeldi (XX. thalerorum) *2. art. 38.*  
Schneid. *b. n. 9. quæ non attento statûs a. 45. aut Ætatis a. 65. discri-*  
*mine masculo occiso ex integro, fæminâ verò interetâ pro dimidiâ*  
*solvenda est a. 45. Ratione diversitatis in sexu habet Carpz. 1. q. 34.*  
*n. 28. Sed quid de eo, qui non solvendo existit, an in Carcerẽ publ.*  
*part. 2. Const. 22. inductum detrudi potest? N. Carpz. 1. q. 34. n. 47.*

(7) *l. 1. pr. §. 1. f. b. In quam computantur mercedes medicis præstitæ,*  
*cæteraq; impendia, quæ in curatione facta sunt, præterea operæ,*  
*quibus caruit aut cariturus est ob id, quòd inutilis factus sit. Quâ*  
*in re maximè difficilis est operarum æstimatio ob incertitudinem*  
*temporis, per quod victurus sit vulneratus; Hinc Conjecturæ, ut*  
*eam alii ad C. annos extendant a. l. 56. pr. d. Usufr. alii cum Plateâ*  
*ad §. 1. J. b. secundum ea dirigant, quæ habentur in l. 68. ad L. F. U-*  
*traq; improbabilis, illa tamen hæc improbabilior a. l. 5. §. 5. inf. b.*  
*Rectius quis rem arbitrio Judicis totam relinquat, ut hic exactè*  
*consideratâ membrorum circâ operationes differentiâ, nec non*  
*Personarum tam agentium quàm patientium qualitate æstimet*  
*Menoch. d. A. J. Q. lib. 2. cas. 122. Cicatricum & deformationis*  
*non habetur ratio l. f. b. quoniam & hæc sunt affectiones liberi cor-*  
*poris inæstimabiles. Quod cum temperamento accipit Wesen-*  
*becius b. n. 5. inf. Sed hoc fortè Moribus v. Voët. §. 1. J. b. magis*  
*quàm LL. convenit A. Matth. d. tign jun. c. 3. n. 4. Id restat, ut quous-*  
*que duret, videamus. Breviter; resp. læsi perpetuò a. l. 35. d. O. & A.*  
*rat. verò Populi, anno l. 5. §. 5. b. Quod secus est in casu occisi homi-*  
*nis liberi, quo uti semper popularis est, ita anno expirat. d. l. 5. §. 5.*

#### THES. VI.

Tertia est (a) Positio vel suspensio (b) ejus, quod  
si ceciderit nocere possit (c) supra eum locum, ubi vul-  
gò iter fieri aut consisti solet. (d)

(a) Esse, culpa arguit consistens in *negligendo* ac omittendo curam,  
ne quid in ædibus, quas inhabitamus, periculosè positum sit. Hinc  
& posteriori Edicti parte, quæ in consequentiam prioris adjecta &  
proinde illius portio audit *l. 5. §. 7. b. notatur d. l. 5. §. 6. Non O.*  
quòd nudâ positione aut suspensione metus duntaxat damni in-  
feratur; Quandoquidem de potentiâ actui proximâ idem, quod  
de

- de actu ipso, judicari oportet. Etsi negandum non est, ob id ipsam eam speciem quasi Delicti magis singularē esse Bachov. *ad* §. 1. J. b. l. 5. §. 1. d. O. & A. §. 1. J. b. Quæ, suspensio, inquam, dum *d. l. 5. §. 6. b.* omittitur, Edicti alteram partem mendosè proponi crediderunt Argentoratenses *b. ch. 35.* At nullā necessitate. Potius Jctorum Interpretatione ad suspensionem producta videtur. Exemplum hujus speciei ex Aretino suggerit Schneidev. *b. n. 12.* si mulier chelidonia & amaracos sive viridaria in ollis ante fenestras appendat. Geminum erat apud Judæos, cum quis non fecerat loricam ad tectum domus suæ *XXII. Deut. 8.*
- (γ) Neq; enim hinc sufficit positum esse, sed ita oportet esse positū, non ut noceat, sed ut nocere possit *d. l. 5. §. 11.* intellige de potētia actui *propinquā*, ut si pōderosi quid leviter appositū sit *d. l. 5. §. 7.* Cæteroq; in ubi firmiter & ita, ut absq; præviā vi decidere non possit, ut sunt horti pensiles parietibus benè affixi, quasi Delicto locus non est.
- (δ) In suggrundā aut protecto *d. l. 5. §. 6.* Conf. *l. 242. §. 1. d. V. S.* five in habitationis, sive etiam horrei vel cujus alterius ædificii *d. l. 5. §. 9.* Super horto aut alio loco à viā publicā remoto periculosè licet ponens nil delinquit *a. d. §. 9.*

#### THESIS VII.

Actio inde (α) datur cuivis de populo (β) adversus eum, qui in suggrundā protectove (γ) periculosè positum aut suspensum habet (δ) ad pœnam X. solidorum (ε) Estq; vel Directa vel utilis.

- (α) Deposito vel suspensio dicta. An necessaria? Non videtur, cum aliud remedium Prætorium suppetat, stipulatio sc. *damni infecti* indeq; veniens actio *t. ff. d. damn. inf.* Verum hæc demum obtinet, ubi damnum ex vitio ædium metuitur, *l. 19. §. 1. l. 24. §. 5. d. t.* & actoris peculiariter ac privatim interest *l. 18. pr. & passim eod.*
- (β) *d. l. 5. §. f.* Quem §. Græci perperam sequente Contiō de Actione ex. 1. Edicto in duplum accipiunt. Præterquam enim quod obloquitur contextus *d. l. 5.* etiam hanc non esse popularem satis evincit, si non perpetuitas ei tributa, certè oppositio inter actionem damni in re & in personā dati facta *d. l. 5. §. 5.* quæ arguit prædicatorum diversitatem. An & heredi? Ita exfertè *d. §. f.* Atqui hoc ἀτοπον, ut actio popularis, præsertim quæ est de infecto damno, heredi competat; Idq; est, quod Græcos movit. Nihil hærendum. Heredi

competit non, ut heredi, sed ut cuidam de populo. Cujus etiam distinctionis vi *d.l. 5. §. 5. & §. f.* concordant. Aut si mavis *d. §. f.* interpretari de herede ut tali, cum Argentoratensibus *b. tb. 50.* eum ad casum, quo positum nocuit, restringe *a.d.l. 5. §. 11. jun. d. §. 5.*

(*γ*) *d.l. 5. §. 6.* Contra eum autem, qui quid alibi, ut puta in pergulâ, reticulo aut aliis domus partibus superioribus positum vel suspensum habet, utilis actio comparata est *d.l. 5. §. pen.*

(*d*) Nec interest, inquilinus sit, an ædium dominus, nec, inhabitet an non, modò habeat iis locis (vel à se vel ab aliis se sciente aut patiente) expositum *d.l. 5. §. 8.* Quid, si positum deciderit & nocuerit, an ex utroque Edicto tenebitur? Putem teneri *l. 1. §. 3. l. 5. §. 11.* alternativè saltem. Ac ita dudum Græci. Conf. C. J. A. *b. tb. 43.* Id forte dubio caret, quod ex Roffredo monent Argentoratenses *b. tb. 47.* eum, qui præstito de non factâ. positione jurejurando noviter positum habere deprehendatur, ex facto præsentis teneri. Sed & contra tertium, qui inscio Domino posuit, ubi positum decidit ac nocuit, Æquitate svadente ad exemplum actionis ex Edicto 1. quæ hîc non sufficit, actio datur *d.l. 5. §. 12.* In quo §. non est, quod Cujacius mutet XXII. O. 32. rectè notatus à Sverin. 1. *Repet. Lect. 20* Adversus heredem locum non habet. *d.l. 5. §. f.*

(*e*) Solidus hîc idem quod *suprà* Aureus *tb. 5.* unde dicatur v. Bachov. *Tr. 2. 19. 6. c.* Pondus ac æstimationem solidorum non semper constantem fuisse, tempore tamen hujus Edicti 4. unc. explèsse ex Covarruvia notat Gudelinus *d. J. Nov. 3. c. 10.* Est hæc pœna solius Actoris *arg. eorum, quæ suprà tb. 5. §. 7.* Expirat annò *a. l. 35. d. O. & A.* sed & remotione positi ante institutam actionem Bicc. A. J. C. *sect. 4 tb. 159.* Etiam Dominus ex positione servi ipso inscio factâ conventus deditione eâ se exonerat *l. 5. §. 6 10.* *Hodiernis moribus cessare usum pœnæ & actionis comm. traditur Leeuvven. Cens. For. 5. c. 30. §. 1.* Et est cura Magistratibus Ædilibusq; talia prohibendâ commissa. In *Galliâ* tamen exemplo Edicti posterioris *L. Regiâ* pœnam X. Francicorum constitutam in eos, qui pannum suspensum ex fenestris in urbe Parisiorum habent, autor Franciscus est *Sur le fait de la police de Paris.* Conf. Thuan. *XVI. Hist.*

#### THESIS IIX.

Quarta est (*α*) Damnum (*β*) facto (*γ*) eorum, quorum operâ utimur (*δ*) in (*ε*) navi (*ς*) Cauponâ aut stabulo (*η*) datum. (*α*)

- (a) §.f.J.b.l.5. §.f.d.O. & A. Et hic enim etiam est, quod culpa nau-  
tarum cauponumq; imputetur, cum adeo *insidis utuntur* homi-  
nibus, re non bene explorata aut animadversa *l.f. §.4. naut. caup.*  
Quæ quidem culpa imputativa succurrente favore itinerum ac  
iter facientium aperuit alteri hac de re Edicto, quod in  $\pi$ . omisum  
Baro restituit apud Wesenb. *d.t.n.8.* Aliter in aliis negotiis, in quibus  
ex culpa eorum, quorum ministerio utitur, Dominus conveni-  
tur. Nam in istis culpa quoq; Dominum reum esse probandum. Neq;  
enim illa præsumitur v. *Mev. Lib.3. ad J. Lub. t.8. art.1. n.26. seqq.*
- (b) In quâcunq; re sive merce, sive veste &c. *a.l.1. §.6. b.* etiam alienâ,  
quam salvam esse nostra interest *a.d.l.1. §.7.* Modò (1) immissa sit  
(ut assignata sit, necesse non est) & eam immissam esse sciat aut sci-  
re possit *Loccen. part.3. de Jur. Marit. c.8. §.3.* saltem generali no-  
titiâ *Hahn. ad W. b. n.5.* vel ipse caupo vel, quem is præposuit, Diæ-  
tarius (*der Hausfnecht*) *l.3. §.3. b. Stamm 2. de Serv. Perf. 16. n.14.*  
quem minus rectè *Carpzovius 2. C.26. d.11.* de mediastino inter-  
pretatur indeq; ex receptione ejus Dominum non obligat, aut (2)  
recepta sit sed prætextu officii v. *infra. t.b.9. d.*
- (c) Damno aut furto *l.6. §.1. b. l.5. §.f.d.O. & A.* (Et ita etiam legen-  
dum §.f.J.b. non ut vulgò: *dolo aut furto.* Inepta hæc est lectio &  
ex fonte corrigenda.) Non item alio delicto in personam viatoris  
admissio, ut Injuriâ, aut atrociori, ex quo Exercitor non tenetur nisi  
ad exhibitionem delinquentis *a.l.3. §.7. ad exhib. Farin. 1. q.24. n.95. seqq.*  
Oportet etiam illorum alterutrum tale esse, quod dili-  
gentiâ aliquâ potuerit præcaveri. Nam damnum fatale Exercitor  
non præstat *l.3. §.1. inf. b.* quod probabit *l.2. C. d. naufrag.* (quo-  
modo? v. *Stamm.2. d. Serv. Perf.2. n.9.*) Contra culpam circa ca-  
sum fortuitum viator probat. In casu autem improvise, quo præ-  
sumtio contra allegantem militat, culpam etiam abfuisse proban-  
dum, est v. *Pichard. §.f.J.b.n.17. H. Pistor. 1. q.18.*
- (d) *l.f. pr. b.* Nec refert [1] liberi sint an servi *d.l.f. pr.* (etiam probata fi-  
dei. Nam hic contra Exercitorē juris ac de jure præsumtio militat,  
quæ quidem probationem Contrarii sc. electionis perspectæ fidei  
hominum vix admittit) & hi alieni an proprii *d.l.f. §.4. l. un. §.f.*  
*furt. adv. naut.* Quamvis Exercitor servi alieni ut & hominis libe-  
ri nomine præcisè teneatur, ex sui verò servi admissio noxæ dedi-  
tione se liberet *d.l.f. §.4.* Nec [2] interest, nautæ sint tantum, an  
nautæ ac mercatores simul, an *ναυτεπιστάται* *d.l.f. §.2. v. Cujac.*

XXVII. O. 31. Sed & eorum, qui ibi *habitandi* causa sunt (non itera, qui hospitio repentino recepti, ut puta Vectorum, Viatorum, secus ac in primo Edicti capite l. 1. §. f. b. ubi Brunnem. n. f. Add. Bach. ad §. f. J. b.) factum hic notatur l. 6. §. 3. b. l. un. pr. §. 1. furt. adv. naut. Imò servi nautæ utili actione coercetur d. l. f. §. 3. Admissum verò ipsius Exercitoris Edicto non corrigi ajunt comm. v. Loccen. 3. d. Jur. Marit. 7. n. 11. Sed cum plenior quandoq; actio sit ex Edicto, civili, majoritas rationis utiq; exigit, ut hætenus etiam Exercitorem illâ teneri dicamus.

- (e) Extra navim & c. admissum Exercitorem non obligat l. 6. §. 3. l. f. pr. b. Conf. l. 3. pr. b.
- (c) Navis intelligitur marina, fluviatilis, stagnorum it, Schedia a. l. 1. §. 6. d. Exerc. act. Sed & de ratibus, lintribus & id genus aliis idem constitui oportet l. 1. §. 4. b. v. Bach. b. c. 1. p. 1299.
- (n) Stabula cum Cauponis misceri solent, ut generaliter diversoria & *πευδοχεία* notent Salmaf. d. usur. c. XII. p. 352. Sed vix est, ut hic ea pro mansionibus hominum accipias l. 5. pr. b. Quemadmodum & alibi à diversoriis cæteris secernuntur l. 4. §. 1. in quib. caus. pign. Diff. Mynf. §. f. J. b. n. 3.

### THES. IX.

Actio inde (a) datur vectori ac hospiti (b) contra Nautam (γ) Cauponem & Stabularium (d) ad duplum (e) Estq; itidem vel Directa vel Utilis.

- (a) d. §. f. J. b. l. 5. §. f. d. O. & A. l. f. §. 4. b. Libellū ejus format C. J. A. h. t. b. 22.
- (b) Licet gratis naviget aut divertat l. 6. pr. b. Etiam heredi §. f. J. b. Actor tamen hic probat primū personam delinquentis (ex cuius facto Exercitor teneatur) a. l. 6. §. 3. b. deinde illationem rerum subtractarum a. l. 2. C. d. prob. Loccen. 3. d. J. Marit. 8. n. 3. Quomodo? si aliæ probationes deficiant, etiam juramento, modò juraturus ejus sit autoritatis, ut juratò ei credatur Wesenb. 1. Conf. 34. n. 40. Cævall. q. 685. Sed & pretium juramento evincendum. Cæterum Nautæ, nisi simul mercator sit aut vector, non accommodatur l. f. §. 2. b.

- (γ) Nauta alibi Navicularius l. 1. §. 3. b. hic Exercitorē notat l. 1. §. 2. l. 5. pr. b. l. 1. §. 15. d. exerc. act. Nostratib⁹ ein Rieder oder Schiffs-Patron.
- (d) Caupo est, qui cauponam, stabularius, qui stabulum exercet. l. 1. §. 5. b. Ille viatores secū manere patitur, hic permittit jumenta apud se sta-



stabulari *l. 5. pr. b.* Cauponum conditio etiam Jure nostro suspecta est  
*l. 1. §. 1. b.* Inde nemo hodie eorum, qui diversoria in urbibus adornant,  
Cauponum, sed Hospitum, qui honestioris conditionis habentur, no-  
mine, censi voluerit. Quamquam hactenus aliter ac Rennemanno  
visum, non differunt, quod hospitium gratuitum sit, non etiam Caupo-  
na. Planè in eo discrimen est, quod vicinus, dignitate quãdam aut præ-  
cipuã professione conspicuus hospitium quidem juxta ædes suas, non  
item cauponam admittere cogi possit v. *Laut. diff. de Naut. §. 6. seqq.* Id  
in genere hic circa eum, qui exercet, non refert [1] Dominus sit an Cõ-  
ductor & iterum vel ad tempus vel in perpetuum *a. l. 1. §. 15. d. exerc. act.*  
[2] mas sit an Mulier, paterfam. an filiusfam. aut servus *a. l. 1. §. 16. d. t.*  
quorum nomine Pater & Dominus tenentur, si ex voluntate eorum illi  
exerceant, omnimodò in solidum, sin minus, peculiotenus, modò  
tempore L. C. in vivis adhuc existant *l. f. §. f. b.* Contra eum, qui ami-  
citiæ causã quæ hospitio privato (secus si publico) recepit, non cõpe-  
tit *Wes. 1. Conf. 36. n. 40.* Sed nec adversus eos, qui cum cauponam non  
exerceant vel quem ex Comitibus Principis sive sponte sive coactè,  
sive cum hospitio cibum, idque vel gratis vel pro pretio, sive non, por-  
rigat, *Laut. XIII. Concl. for. 16. vel Legatos in Comitibus, vel milites Tab.*  
*c. VI. d. Metat. §. 6.* suscipiunt, porrigitur. Sed quid de hospitibus *Stu-*  
*diosorum* in Academiis, an hi Edicto tenebuntur? Ait P. Caball. *Res. crim.*  
*LXX.* Cui tamè vix est, ut assentiaris. Certè Studiosi ad instar simplicium  
Conductorum potius habentur *Lynck. Diff. d. rec. a. 3. Conf. Laut. d. diff.*  
*§. 23.* Inde nec in nundinis contra cives, qui præviã locatiõe Mercato-  
res ac advèas in ædes recipiunt, etsi de victu quoque iis prospiciat, Edi-  
ctum locum habere putem v. *Vinn. ad Peck. in l. 1. §. 6. b. a.* Quod si plu-  
res navem &c. exerceant, adversus singulos pro eã parte, quã exercet,  
datur *l. f. §. 5. b.* In quo differt [1] ab *Exercitoria* *l. 1. §. f. ll. seqq. d. ex-*  
*erc. act. v. Bach. b. p. 1304.* Diff. A. Fab. *ad l. f. §. 5.* [2] ab actionibus pœ-  
nalibus ex *Delicto Vero* *Struv. Evol. ad Ex. §. tb. 115.* (3) ab act. de *deje-*  
*ctis* vel *effusis* *l. 3. d. his qui effud. v. Vinn. ad Peck. in d. l. f. §. 5. b.* An &  
ab act. de recepto? v. *disting. Bach. d. l.* Denique, numquid contra here-  
dera datur? *R. l. f. §. f. b. hæc judicia* (i. hoc genus pœnarium ex qs.  
delicto ratione *furti* aut *damni*, ut frustra in evolvendis verbis illis  
solicitus sit *Bach. b. d. p. 1304*) non dari (secus atque actio ex priori parte  
Edicti *l. 3. §. pen. b.*) Quod intelligendum est, ne quidem quatenus per-  
venit, aliter ac A. Faber *Rational. ad d. l. f. §. f. v. Lyncker. d. diff. a. 16.*  
(e) *§. f. J. b. l. f. §. 1. b. l. un. §. 2. furt. adv. naut.* Etiam quã damnum attinet v.  
*Vinn. ad Peck. l. f. §. 4. b. Diff. Bach. b. p. 1304.* Quod tamen ab iis, qui

damnum dedere vel furtum fecere, actionib<sup>9</sup> vel cessis (ut sunt actio  
L. A. furti item conditio furtiva) vel etiam propriis [ utputa actione  
Conducti ] Exercitor recipit *l. 6. §. f. b.* Duplum hic est *mera poena a. l.*  
*un. pr. §. 2. furt. adv. naut. d. l. f. §. 1. b.* ut inconcinne actionem mixtam  
statuat cum Schneid. *§. f. J. b. n. 2. C. J. A. t. b. 21. v. Lynck. d. diff. a. 15.*  
Svend. *furt. adv. naut. §. 2.* ubi Eckoltum eo nomine notat. *Hodie utro-*  
*biq;* eam in simplum competere tradunt Vinn. *d. l. Grænvege. ad l. f.*  
*§. 1. b.* Leuvven. *V. Cens. For. 30. §. 3.* Sed contradicit Tabor *Racem.*  
*Crim. D. VII. §. 32.* Mitiùs Regnerus *Cens. Belg. ad §. f. J. b.* arbitrariè q<sup>s</sup>.  
delictum hoc coërceri docet. Quid? si cum Dn. Lynckero, cuj<sup>9</sup> omnia  
cum Dn. Præs. veneror ac magnifacio, *Laud. diff. a. 15.* dixerimus, huc-  
usq; Jus Just. à foro non cessisse, quòd Judex saltem ultra duplū actori  
decernere non possit. *Duo*, anteqvam hinc abeamus, restat exhiberi.  
*Unum* est, quibus modis actio hæc cesset. Cessat *primùm* prædictione  
Exercitoris, se nihil præstiturum (quâ ratione etiã si *textum l. 1. §. 1. b.*  
cum Dn. Lynckero *d. diff. a. 2.* interpretemur, nulla erit inter *illum &*  
*l. un. §. f. furt. adv. naut.* pugna, quæ aliis tamen expositionibus, quas  
vulgò afferri videas, cõgruè satis vix tollitur. Conf. *Leuw. V. Cens. for.*  
*30. n. 5. 6. Mev. 3. Decis. 63. n. 1.*) modò ei accesserit hospitū consensio *l. f.*  
*pr. h. Carpz. 1. Dec. 75. n. 9. seqq.* saltem tacita Vinn. *ad d. l. f.* Conf. *ibid.*  
*Brunnem. n. 3. Deinde*, si ipse vector & c. in culpâ sit Stamm. *2. d. serv.*  
*Pers. 16. n. 17.* Non item appositione *custodis* licet ab ipso viatore factâ  
*a. l. 5. §. 14. Commod.* ubi *dd.* Sed quid de *clavium* traditione? Neq; hæc  
cessat; Nisi initiò facta sit & cum prædictione, ut res ipse suas servet, *a.*  
*d. l. f. pr.* Cateroq; in traditio illa facilioris inspectiõnis & access<sup>9</sup> gra-  
tiã facta censetur. Peck. Vinn. *d. l. f. Arum. D. 24. t. b. 8.* Lynck. *d. diff. a. 13.*  
*14.* An deniq; & anno expirat? Hic verò à *Regulâ l. 35. d. O. & A.* intui-  
tu publicæ utilitatis denuò recessum, ut exemplo furti atq; *L. A.* actio-  
nū perpetuò competat *l. f. §. f. b.* Hahn. *ad W. b.* Hæc de primo. *Alterū*  
est, quænam cum hæc nostrâ Remedia alia & quomodo concurrant.  
Videlicet concurrunt *cumulativè* actio de recepto ex. 1. parte (cujus  
aliàs differentias à præsentī v. ap. Pac. *Isag. b. n. 8. seq.* Bach. *b.*) item *Lo-*  
*cati* ac *Depositi*, alternatim exercendæ; Quamvis ex his præstet illâ  
experiri, veluti pingviori. *l. 3. §. 1. b. electivè* autem furti & *L. A.* actiones,  
ita quidem, ut alterutrâ harum contra delinquentem institutâ hæc  
cesset & contra *a. l. 6. §. f. b.* Licet aliàs actionum pœnaliū ex diver-  
sis delictis etiam contra unum competentium una alteram non con-  
sumat v. Bach. *b. p. 1307.* FINIS.

EMENDANDA; Sect. gen. th. 2. §. lin. 1. post *Caus. 15. add. 7. 1. th. 3. §.*  
*lin. 3. leg. ex vero Delicto th. 6. lin. 5. leg. Cujus interest.*

01 A 6699

ULB Halle

3

003 104 761




VD 17 Data ✓

DIS

ETAT





B.I.G.

Farbkarte #13



f39

LICTA

nsium

BERGERO,

OC LXXXIV.

TUS Fischer/  
nicus

GI.

